



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 78. Caroli VIII. Sueciæ Regis abitus, Stenon ejus Successor

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

**Sæcul.** XV libertati assertus est. Dux, quod res  
A.C. 1470 erat, suspicatus, omnes suas contraxit  
 copias. Rex vero illum ficta concordia  
 spe, vanisque diffidii componendi præ-  
 textibus usque ad Decembris initium su-  
 spensum tenuit, quo item Mense Baldui-  
 nus Nothus, atque Arauisionensis Prin-  
 ceps relicto Duce, ad Ludovici XI. Re-  
 gis partes deficiebat. Tandem vero  
 Connestabilis bellum ab urbe S. Quintini  
 auspicabatur, illamque ex insidiis occu-  
 pabat; Rex quoque copias suas ad Am-  
 bianensis urbis portas admovens, ultro  
 a civibus exceptus est. Nec tamen  
 æque secunda Ludovico aderat fortuna,  
 cum Abbavillam aggredi tentaret, quam  
 urbem Crepicordius numerofo cataphra-  
 torum Belgarum præsidio opere fortunè  
 firmaverat. Verum Burgundiæ Dux  
 prospera hæc belli auspicia, licet exigua  
 essent, in rem suam vertere adeo non in-  
 tentus erat, ut etiam inimici sui clemen-  
 tiā exoraret.

## §. LXXVIII.

*Caroli VIII. Sueciæ Regis obitus;*  
*Stenon ejus Successor.*

**Joan. magn.** Evoluto Mense Majo Carolus VIII. Sue-  
 l. 23. c 9. corum Rex mortalitatem exuit; hic  
**Krantz.** 3. Stenonem, quem sibi successurum haud  
 Dan. 35. § 3. dubitabat, enixe obtestabatur, ne coro-  
 Suec. 41. nam

nam, aut Regium nomen sibi imponi pate- Sæcul. XV.  
retur, optime gnarus, quod Gothi ac Sue- A. C. 1470.  
ci regios titulos odio haberent. Id ipsum  
Stenco solerter exequebatur, unde com-  
muni omnium suffragio Principatus Gu-  
bernator salutatus est, quam etiam digni-  
tatem solidis triginta annis tenuit, non so-  
lum suo populo, & extraneis carissimus,  
sed ab ipsis quoque inimicis maximi ha-  
bitus. Eum ipso sui regni initio Chri-  
stiernus Daniæ Rex adoriebatur, sed præ-  
lio devictus, toto reliquo tempore Steno-  
nem armis laceffere minime audebat, to-  
tumque jus, quod in Sueciæ Regnum se  
habere contendebat, vindicandi oppor-  
tunitatem suis hæredibus relinquebat.

### §. LXXIX.

#### *A Mahomete obseffa, & expugnata Negroponti Metropolis.*

Hoc anno Mahometes II, ut votum de Phranz. l. 3.  
extirpando Christianorum nomine a c. 30.  
se nuncupatam impleret, classem plus- Petr. Justin.  
quam centum triremibus, & quampluri- hist. Venet.  
mis aliis navibus validam instruxit, ea- l. 8.  
que Negropontum Insulam ceteris om- Ciacon. in  
nibus Ægei maris maximam aggredi con- Paul. II.  
stituit, classisque imperium Machmuti  
Veziro concredit. Hic donec terre-  
stres copiæ numero centum viginti mil-  
lia, quibus ipse Mahometes imperabat  
eo